



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1773**

**VD18 90118677**

§. 37. Henrici Franciæ Regis consilium de dissolvendo suo connubio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67263)

colloquio Legatus folerter Proceres mo-  
nuit, ut Regem a proposito tam puden-  
do, ac regni faluti tantopere perniciofo  
avertere curarent. Tandem Cardina-  
lis arrepto itinere in Italiam reverfus,  
Ferrariam, ubi tum Clemens VIII. age-  
bat, contendit, ubi etiam Cardinalibus  
eidem obviam procedentibus ad publi-  
cum Senatum delatus a fummo Ponti-  
fice benigniffime excipiebatur.

§. XXXVII.

*Henrici Franciæ Regis confilium de  
differendo fuo connubio.*

Quamvis Henricus Rex a fuo propofi-  
to, quo jam ab anno millefimo  
quingentefimo nonagefimo fecundo fuum  
cum Margarita Valesia connubium dif-  
folvi defiderabat, Cardinalem Medi-  
cæum valde alienum expertus effet, eo  
tamen e Galliis difcedente poft Lucem-  
burgi Ducis difceffum mox Sillerium,  
quem ftudiofe antea colloquio cum Car-  
dinali habito intereffe voluit, Romam  
Franciæ Legatum decrevit, dato eidem  
negotio, ut de differendo hoc Matrimo-  
nio ageret, hac tamen in re Cardinalis  
Medicæi opera minime uteretur, eidem  
tamen perfuaderet, quod Rex propofi-  
tum nuper in fecreto illo colloquio ma-  
nifftatum immutaffet: cum autem tum  
Pontifex adhuc Ferrariæ hæreret, non-  
nifi

Sæcul. XVI.  
A.C. 1598.

Daniel a  
an. 1599. p.  
243.  
Thu. l. 120.  
p. 828.  
Letter. du  
Pleffis 14.  
April. 1592.  
Letter d' Of-  
fat l'an. 1599

Sæcul. XVI.  
A.C. 1598.

nisi eo Romam reverso Sillerius iter instituit, quo ibidem adventante Henrico Rex ad Ducem, Senatūque Venetum præprimis Jacobum Augustum Thuanum mittere decreverat, cum autem extricandas Nannetensis edicti difficultates ejus opera indigeret, Antonium Sequierum Præsidentem Parisiensem Venetias ablegabat, Romæ vero Cardinalem Ossatum, qui jam antea Franciæ res ibidem procuraverat, ad promovendam divortii sui causam impense sollicitabat. Attamen totum hoc negotium vix non penitus dissipatum credebatur; Rex enim paulo post derepente violenta feбри correptus per integrum biduum nullam vitæ spem reliquam fecerat, quamprimum tamen ex eo motu convaluit, rem urgere cœpit.

§. XXXVIII.

*Philippi II. Hispaniarum Regis obitus.*

*Thuan. l. c.  
Gallut. de  
bello Belg.  
l. 10.*

Hic idem mensis September, qui olim Caroli V. postremus erat, pariter Philippo II. ejus Filio Hispaniarum Regi exitialis fuit; postquam enim Albertus Austriæ Archidux Isabellam Claram Eugeniam ejusdem Hispaniæ Regis Filiam facta a summo Pontifice legis gratia sibi desponsaverat, ac Belgii administrationem Andreæ Cardinali Austriaco Ferdinando Archiduci